


Zur Schnaaseschen Kirchbibliothek in Danzig

1. Accurate Nachricht von der Russisch u. sächsischen Belager- u. Bombardirung der Stadt Dantzig. Cöln 1735 [autorzy: Georg Daniel Seyler i Peter Georg Schultz]
2. Aufrichtige Erzählung wie es mit der Wahl Stanislaus Leszczyński und Friderici Augusti eingegangen. [1735]
3. Pacta conventa zwischen ... Stanislao I ... und den Ständen der Republique Pohlen .. Dantzig 1733
4. [Stanislaus Leszczyński, Poloniae Rex] Lettre du Roy ... à un de ses amis, contenant les veritables circonstances de sa retraite de Danzig. 1734.
5. Brieff eines Piasten, in welchem die Schrifft .. Respons Anonymi do pewnego Przyjaciela w Gdańsku będącego ... wiederleget .. [1735]
6. Der andere Brieff eines Piasten, in welchem die Schrifft ... Respons na manifest Księcia Jmci Prymasa ... wiederleget wird [1735]
7. Send-Schreiben eines Polnischen von Adel an einen ... Freund v. d. a. 1733 ... Kgl. Polnischen Wahl ... [1735]
8. Einmüthiger Schluss ... welchen die ... aus dem Senatoren- und Ritter-Stande zur Seite geordnete ... Räthe am 10 Febr. 1734 in Dantzig beliebet haben. [1735]

9. Confoederation der Sandomirschen Woyewodschafft, vor die Vertheidigung des cathol. Glaubens, der freyen Wahl u. der Kgl. Würde Stanislai I. - - [1735]

10. Sentiment der polnischen Nation ... dem russ. u. cosack. Geschlechte zur Ueberlegung communiciret ... [1735]

11. Fides indubitata omnium Ordinum Regni ad Kamionnam probata. Electionem - - Electoris Saxoniae - factam. [1733]

12. Fides indubitata contra Fidem ad Kamionnam ... in licentiosam Elect. Sax. pro Rege Pol. seductionem post religiosam Stanislai I - - - proclamationem ... [1733]

13. De prospera Regis Poloniae a. 1733 electione Equitis Poloni ad amicum confidentem epistola - - [1735]

14. Copia litterarum cuiusdam Equitis Poloni ad ... Electorem Saxoniae - - [1735]

15. Apologia malitiose vexati honoris Primatis Regni - - per literas Principis Eugenii ad Vesirium - - [1735]

16. Rede der Deputirten der Stadt Dantzig ... an I. Russische Kays. M. - Dantzig 1734.

17. Bewegungs-Gründe der Kgl. Entschliessungen oder gründ,
liches Verzeichnis der Ursachen welche I. K. M. von Franck,
reich zu den Waffen zu greiffen bewegen --- [1735]

18. [Stanislaus I Leszczyński, Poloniae Rex] Der wahre
Glück- und Unglücks-Spiegel des Königes --- [1734]

19. Kurtze Relation von der Kroehnung Stanislai I -- und
dessen Gemahlin -- in Warschau ... am 4 Oct. 1705. - 1733.

20. Die innigste Freude der Stadt Dantzig und deren Ein,
wohner über die hohe Gegenwart Stanislai I -- Dantzig 1733.

21. An dem hohen Geburths-Licht Stanislai I ... durch einen
--- Prologum --- sich praesentiren --- anwesende Trou,
pe hochteutscher Comoedianten --- [1733]

22. Copia der Kriegs-Declaration des Königs von Franck,
reich wider den Kayser von 10. Oct. 1733. --- 1733.

23. Engelcke Jakob, Das auf der Goetter-Assemblee
wohl-ausgesprochene Lob- und Ehren-Urtheil über die
--- Kauf- und Handels-Männer --- in Dantzig. Dantzig 1734

24. Lengnich Gottfried, Augusti Optimi Regis Poloniae ...
d. 1. Febr. saluti publicae erepti memoriam Urbis

Senatus d. 5. Mart. -- oratione celebrare iussit -- [1733]

25. Lengnich Gottfried, Augusti II Regis Poloniae... indulgentiam Senatus iussu oratione celebravit... Gedani [1733].

1. Umständliche Erzehlung wie es bey der Wahl Stanisl. u. Frid. Augusti hergegangen.
2. Pacta Conventa zwischen Stanisl. 1710, u. denen Pohln. u. Litthau. Ständen.
3. Schreiben Stanislai d. den Umständen seiner Retirade aus Dantzig.
4. Zweyer Edelleute eines Grafen wieder ein [illegible] eines Anonymi.
5. Sendschreiben d. dem was A. 1733 bey der Wahl Stanislai vorgegangen.
6. Einmüthiger Schluß des Senatus Consilij in Dantzig Ao 1734 gehalten.
7. Sendomirische Confoederation vor Stanislao.
8. Ejusdem — — — Sentiment denen Russen u. Cosacken übergeben.
9. Fides indubitata Omnium Ordinum Regni ad Camionam probata.
10. Fides indubitata contra Fidem ad Camionam.
11. Epistola Equitis Poloni de Electione prospera Stanislai I.
12. Apologia vexati honoris Celsissimi Principis Primatis Poloniæ.
13. Rede der Deputirten der Stadt Dantzig an die Russische Generalitæt.
14. Beweggründe [illegible] des Königs v. Frankreich [illegible]
15. Der wahren Glück- u. Unglücks Spiegel des Königs Stanislai.
16. Kurtze Relation v. der Erhöhung Stanislai wie die A. 705 vollenzogen.
17. Die Freude Dantzigs über die Gegenwart Stanislai I.
18. Prologus der Comoedianten an dem Geburths-Tag Stanislai.
19. Das Lob- u. Ehren-Urtheil der Hauß-Männer u. Gesellen bey ihrer Kriegs-Parade
20. ~~[illegible] Dantziger.~~ dieser ist im Buch selbst p. 311 zu finden.
21. Augusti III. Indulgentia Oratione celebrata.
22. Kriegs-Declaration des Königs von Frankreich wieder den Kayser.

NB. die Num. 22 muß im Buch selbst zwischen num. 18 u. 19 geschicket werden.



9.
11

FIDES INDUBITATA

Omnium Ordinum Regni

Ad Kamionam


PROBATA. *

Electionem Serenissimi Principis Poloniæ, & Electoris Saxoniæ,

Ab inclytis Regni Poloniæ, & M. D. Lithvaniæ Ordinibus,
Ad mentem totius Reipublicæ

FACTAM.

Anno Dni 1733. die 5. Mensis Octobris.



Neminem verè Patriæ & Libertatis amantem latere arbitror Electionem Serenissimi Principis Regii, & Electoris Saxoniæ, in Regem Poloniarum, præmeditatò consilio, ac deliberatâ libertate, juxta legum præscripta, à confæderata Republica, factam & peractam esse. Qvinimò & Confœderationi Varsaviensi, tanqvam basi & fundamento rei innixam, ex infra dicendis patebit. Atqve ideo, retroactos sæculorum annales, centuriata Volumina legum volvere & revolvere, operæ pretium non est. In vos tantummodò manum verto, qvibus placuit legem ferre, non observare. Qvos aureô vinculô, verior Hercules Gallicanus, ad sua traxit vota, non Confœderatio. Nos inqvam fædere Varsaviensi ac nostro illigati, in plena libertate constituti, juxta ordinationem Reipublicæ, liberis votis, ac

)(Su-

* *Kamiona Campus Electoralis Ser. AUGUSTI III. Pragæ, vi annotationis Nomi-minis significat Lapidem seu Petram.*

Superis ſuffragantibus, nemine contradicente, omnibus applaudentibus, Regem elegimus & nominavimus Sereniſſimum Auguſtum III. Qvod ut veriùs pateat, perarticulos, ad id ſpecialiter ab inclytis Reipublicæ Ordinibus, Varſaviæ ſancitos, reſponſivè probabitur.

1mo. art. 10. fol. 2. *Pro firmamento & perennaturo in poſteritatem fundamento publicznego ſzczęścia zakładamy ſobie, y przy tey Generalney Konfæderacyi poprzyſię żoney fide, Honore, & conſcientiis obowięzujemy ſię: że przyſzłego Krola Jmści Pana naſzego, Prawdziwego natione Polaka, y Rzymſkiego Katolika obierzemy &c.*

Pro firmamento, & perennaturo in poſteritatem fundamento publicæ felicitatis pollicemur ad invicem, ac Generali hac Confœderatione, ſub fide, Honore, & Conſcientiis juratâ, obſtringimus nos, futurùm Regem Dominum noſtrum, verum natione Polonum, & Rno-Catholicum, electuros fore &c.

Anteqvam reſpondeam ad hunc articulum, & ſeqventes, notandum eſt, omnem (ſi hactenus aliqvis fuit) ſublatum eſſe ſcrupulum per reſolutionem Romanam Theologorum, à Sanctisſimo Domino noſtro Papa Clemente XII. deputatorum, ſuper nullitate & invaliditate Juramenti, ut potè in præjudicium tertii facti, vi & metu in virum conſtantem cadente, extorti. * Itaqve præciſò juramentô.

R. Duo hæc: *Natione Polonum, & Rno-Catholicum*, in præſenti art. tanqvam cardinalia: certisſima reperiri, ac verisſima eſſe in Sereniſſimo Auguſto III. jam dudùm ſæcula probarunt, in Serenisſimo olim Rege Auguſto II, Parente ſuo deſideratisſimo: ac inſuper ad caſum præſentem, per duodenos rivulos, Serenisſimum Neo-Electum in venas Regio-Iagiellonicas, influere teſtantur in Schemate Genealogico recenter edito. ** Unde non ero colligendis ad reſpondendum

* *Vide de hoc reſolutio: Rom:*

** *Vide ſchema Genealogicum, Propoſitionibus Ser. Neo-Electi, adiectum.*

dum rationibus longior, cùm compertum ſit, Sereniſſimum AUGUSTUM III. per vetuſtisſimam, in Polonia lineam Regio, Jagiellonicam non eſſe degenerem à Piaſto. Religionem verò in Principe Rno-Catholicam, Phœnicem ſæculi, ſeptemtrio noſter, & rari pretii in Corona, pietatis gemmam veneratur. Nec obeſt qvidpiam Ejus Electioni, qvod indebitè in Confœderatione apponitur; *ex utrisqve Parentibus Orthodoxæ Fidei.* Novum enim hoc inventum, libertati injurioſum; nec viſum priùs, nec auditum unqvam, minimè repugnat legi communi & Cardinali Reipuplicæ: *REX Catholicus eſto.* Non enim Reſpublica ſollicita eſt de fide Parentum, ſed Regum ſuorum, inter qvos jam probè nôſtis in Serenisſimo AUGUSTO II, fidem indubitatam ac infallibilem: qvam dietim propriis meritis Virtutibnsqve auget & adornat, Serenisſimus AUGUSTUS III. Nec benè ſonat, qvod dicitur: *Rex futurus eligendus, qvi nulla dominia & exercitum extra Regnum habeat.* Ignoſcite (ut verum fatear) vos in hoc puncto aut deliqviſſe, aut certè publico privatum prætuliſſe bonum.

Rex etenim, qvicunqve ille ſit, Poloniæ, per pacta conventa, ſacroſanctô ſe obſtringit vinculo: qvod Regni limites extendet, avulſa recuperabit &c. ad qvod certè milite opus eſt, non miraculô. Ceſſabit inopia, qva hucusqve laboramus, & cum ignonimia Nominis Chriſtiani, cogimur recurrere ad Paganos, Turcas, & Tartaros auxiliares. Nec aliena mendicabimus arma, ſi propria habebimus, quæ Serenisſimus Electus, in caſu necesſitatis, ad vota & tenorum deſiderii Reipublicæ, ſine gravamine ſuppeditare declarat. *

2do. art. 12. fol. 3. *Tudzieſz przy wolney Krolow y Panow naſzych Elekcyi, ſubſtancye, y zdrowia naſze łożyć, przez tę Konfederacyą naſzę przyrzekamy ſobie.* Itaq; pro libera Regum & Dominorum Noſtrorum Electione, vitam & ſubſtantiam noſtram conſecrare, hac Confœderatione pollicemur ad invicem.

* *Vide de hoc Propoſitio Ser.: AUGUSTI III. ad Rempublicam.*

Resp. Quis non ingenuè fatebitur? vos Togatos Reipublicæ Patres, legum vindices acerrimi, & liberæ vocis arbitri obſervantiſſimi, fortunam & Subſtantiam Veſtram, integritati Patriæ conſecrâſſe? flocci penditis totum: purpuram appretiâſtis ſangvine, vitâ libertatem, & ne quidquam liberæ Electioni detraheretur, odiſtis *Wolam* † ubi nullum velle fuit, ubi non libera ſuffragia, ſed vox refragaria Regem proclamavit inſolenter. Contra quem publico ore proteſtati, *plus ultra* fiximus metam Conſiliorum noſtrorum, ne liberum in nobis ſuffocaretur veto, & ſimul caderet cum vita libertas.

3tio. art. 14. fol. 3. *A inaczey na żadnego Pana niemámy pozwolić, jedno Ktoregobyśmy przez wolne ſuffragia, nemine contradicente zgodnie obrali.*

Nec alias ullum permiſſuri ſumus Dominum, niſi quem per libera ſuffragia, nemine contradicente concorditer elegerimus.

Resp. Illi inquam, Viri Sapientes verè Patres Patriæ, pro tuendo libero veto, diu noctuque ſtuduiſtis indefeſſi, ne præjudicium fieret legum. Ne prius ullus Rex nominaretur, niſi in quem liberæ quieſcerent voces, non impoſitæ. Docuiſtis contra imperitorum opinionem: unum non ſufficere ad pervertendas omnium mentes, ſed quòd Univerſi ad reprimendam unius pertinaciam ſufficiant? probaſtis ad Kamionam.

4to. art. 15. fol. 3. ſeriô cavetur, ne Celſiſſimus Princeps Primas ad nominationem acceleret, ante trinam interrogationem factam de conſenſu omnium.

J niewprzod J. O. Xiążę Jmść Primas do nominacyi przyſtąpi, aż pierwey po trzykroć ſpyta, ieżeli ieſt wſzytkich conſenſus.

Reſp.

† *Sic vocatur Campus Electoralis ad Varſaviam, quod ex annotatione nominis ſignificat Voluntatem.*

Resp. Veneror hoc loco in profundiſſima Veneratione *Illuſtriſſimum Excellentiſſimum ac Reverendiſſimum Dominum Epiſcopum Poſnanienſem*, verè Libertatis Statorem. Qui ordine & votò fraternô, in abſentia *Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Domini Epiſcopi* Kujavienſis, Primatiali functus Dignitate, ad amuſſim legum & exemplum aliorum, præmiſſâ, de liberrimo ſenſu & conſenſu omnium ordinum, trinâ interrogatione, nemine contradicente, Regem Sereniſſimum AUGUSTUM III. Poloniarum nominavit, omnibus applaudentibus. Et paulò poſt additur in eodem art. *A ieżeliby kto bądź z Rad tak Duchownych iako y Swieckich, albo Urzędnikow Koronnych y W. X. Litt. & ex privatis perſonis, ważył ſię nominować ſine unanimi conſenſu omnium ordinum, tedy Każdego takiego pro hoſte Patriæ mieć chcemy.*

Et ſi quis tam ex Spiritualibus quàm ſæcularibus Senatoribus, ſive Officialibus Regni & M. D. Litv. & ex privatis perſonis, auderet nominare ſine unanimi conſenſu omnium ordinum, tunc quivis talis pro hoſte Patriæ habendus eſt.

Reſp. Cum ex hactenus dictis, ſat clarè omnibus pateat, nos amore, zelô, & fraterno unitos nexu, in unione animorum, & unanimi conſenſu omnium ordinum, Regem elegiſſe & nominâſſe, non nos hæc lex afficit concordes, ſed ſciſſos & avulſos Fratres à Republica benè ſentiente. Quorum proinde intereſt recta ſapere & intelligere, ut benè agant.

5to. art. 18. fol. 4. *Na Każdego gwałtownika Praw y wolności naſzych tak dawnych (Ktore wſzyſtkie reaſſumuiemy) iako y na teraźnieyſzey naſzey Konfederacyi poſtanowionych, wſzyſcy powſtaniemy, y poki zdrowia, ſubſtancyi, y krwie naſzey ſtanie, oponować ſię będziemy.*

Contra quemvis violatorem legum & libertatum noſtrarum, tam antiquarum (quas omnes reaſſumimus) quàm & in præſenti noſtra

Confœderatione ſancitarum, inſurgemus, & opponemus nos, quousque vita, ſubſtantia & ſanguis nobis non deficiet.

Reſp. Hinc Gloriæ veſtræ *Patres conſcripti ac ordines inclyti Reipublicæ Confœderatæ*, ſæculorum manebit fama, quod contra violatores legum, libertatis Defenſores extitiſtis, quòd periclitantis Patriæ tutamini, & ejus curæ ita ſtuduiſtis; ut mortem cum libertate conjunctam adamaretis: odioque vitam cum ſervitute haberetis. In id unice omnem operam ac induſtriam veſtram impendiſtis, ut contra quosvis liberi veto oppreſſores, libertatis jura propugnaretis illæſa.

6to. art. 23. fol. 5. *a ta Elekcya trwać ma iáko naykrocey, y ieżeliſię prędzey nie ſkonczy, tedy żadną miarą niema excedere czaſu Seymom ordinaryinym naznaczonego, to ieſt ſześćiu Niedziel.*

Et hæc Electio duratura eſt quàm breviſſimè, nec ullatenus excedere debet terminum, alias comitiis ordinariis ſolitum, nimirum ſex ſeptimanarum.

Reſp. Ad id verificandum, nec Geometris nec Arithmeticis opus eſt, conſtat enim id ex 5ta Octobris ſacroſanctè in termino ſex ſeptimanarum, ab omnibus Ordinibus Regni, præfixo, auſpice Numine feliciter peractum eſſe.

7mo. art. 27. fol. 6. *mieyſce Elekcyi Zwyczayne między Warſzawą y Wolą &c.* Locum alias Electioni ſolitum, inter Varſaviam & Volam aſſignamus &c.

Reſp. Quod in tempore (ut præcedenti articulo dictum eſt) ad locum alias Electioni Regum Poloniarum ſolitum, non pervenerimus? veſtrâ culpâ hæc acciderunt non noſtrâ. Eſt Viſtula teſtis, ſunt idem & tormenta bellica, quibus libertatem vulnerâſtis, non tamen occidiſtis. Quam violentâ manu *à Wola* malæ voluntatis, ad liberioris auræ *Kamionam* † repuliſtis. Ubi DEO ſic ſtatuente, fatisque id decernentibus, veluti ad Lydium lapidem, morum integritatem, fortitu-

† *Vide concordantiam folii primi.*

titudinis constantiam, ac animi robur in Principe probavimus omnes: Hunc dignum esse Regem *Antemuralis Christianitatis*, quem DEUS ab æterno elegit, & prælegit virum fortem & Saxeum, Serenissimum AUGUSTUM III. Quod felix faustumquè sit.

Hoc positô: recolligite in compendio dicta: in verbis veritatem, in opere colligite fidem; quâ hactenus ex Generali Confœderatione Varsaviensi probatum manet: Electionem Serenissimi AUGUSTI III. legibus antiquioribus & novellis Reipublicæ conformem, ad tenorem omnium Ordinum Regni (à quo nec pedem excessimus) liberis suffragiis, nemine contradicente, in tempore & loco, (ob dicta art. 27. n. 7.) debito & practicato: nullis obnoxiam novitatibus, antiquâ formâ & praxi Reipublicæ; factam & peractam esse, *Moribus antiquis res stat Romana, Viriq;.*

Contra verò, actum fuisset de nobis & Libertate nostra, ni dexter Dei Digitus, naufragantem inter Scyllam & Charibdim Civium animorum, aliter direxisset Rempublicam. Qvam turbida ingenia, consilia violenta eò impulerunt, unde eversionem status, Respublica jacturam, nonnisi sperare potuit, nisi providis vobis Amiralibus, sub perito Regni Navarcho, ad Promontorium bonæ spei provecta fuisset O! res mira & scandali plena, ubi rationi voluntas, violentia, *veto* opponitur. Ubi sub simulata libertate, pro ratione agendi, mandatum imponitur liberæ Genti, hunc non alium &c.

Nec valet, si dicas: hanc Electionem non fuisse ad mentem Reipublicæ, ideo, qvia Asseclæ Stanislai illi non interfuerunt. &c

Resp. 1mo: nihil horum absentia, Electioni Serenissimi Neo-Electi, præjudicat, utpote muta simulacra loqvi nescia, ut constat ex Art. 20. fol. 4. *Wzywaiąc do niey wszytkich stanow Rzeczypospolitey (exceptis jure victis)* Et qvoniam per art. 15. n. 4. ostensum est; omnes, qvi sine unanimi consensu omnium ordinum nominârunt Stanislaum, hostes Patriæ esse, ideo ipsô factô, jure hostilitatis sunt victi, ac per conseqvens incapaces votandi pro Rege.

Resp. Qvando in Confœderatione prohibetur, Regem nominare sine

ſine unanimi conſenſu omnium, intelligendum eſt de conſenſu omnium præſentium, non abſentium, qvi ubiqve voce carent, Ergo minimè abſentia Stanislaitarum irritat conſenſum omnium noſtrum.

Qvamobrem, *cùm tempus habetis*, *operamini ſalutem* cum illis, qvorum gravitatem, conſtantiam, fidem præſtantem, in Republica tuenda curam atqve prudentiam, omnium mortalium fama celebrabit. Deſiſtite ab hoſtilitate, qvam incurriſtis per nominationem, Stanislai, & accedite nobiscum ad unionem, & amicitiam fraternam. Recedite à malo, & *convertimini ad Dominum;* qvi ex innata ſua clementia, *primo clementior ævo*, * plenariam vobis indulget veniam. Ea etenim eſt Principum maxima, *parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.* ** Reddite ei vitam, á qvo ſalus noſtra pendet. Cui ſi in tempore denegabitis homagium, actum erit de nobis, actum & de vobis: pro qvibus, ſubſtantia noſtra pænam luere debet, ſine peccato. Ite in adorationem & recognitionem Supremi Dominii Sereniſſimi AUGUSTI III. Atqve ad communem hodie nobiſcum, poſt jurata *Pactorum Conventorum* ſponſalia, pergite lætitiam, feſtivis vocibus unà nobiscum intonando:

VIVAT AUGUSTUS III. DEI Gratia Rex Poloniæ & M. D. L.

* *Claud:*
** *Virgi:*

